

Cap. XXXII. De renovo bladi vini olei et salis.

Ordinamus quod quelibet persona utriusque sexus que vendiderit ad aliquod terminum // dandum vinum bladum 214 A
oleum vel salem in civitate vel districtu Tergesti, et pro predictis tam si facta essent instrumenta vel precepta quam non,
5 si persona venditrix haberet dictum vinum oleum bladum vel salem de quo factum fuerit forum et pactum, dare debeat emptori sine contradicione, et si non habuerit et aliqua questio erit de predictis coram dominio Tergesti et de contentis
10 in instrumentis preceptis vel scripturis factis occasione predicta, dominium quod pro tempore fuerit possit et debeat solvi facere emptori per debitorem vel debitores pro solutione cuiuslibet urne vini gross. duodecim, si forum vini factum fuerit ante festum sancti Laurencii, et pro quolibet sextario ¹⁾ furmenti gross. quindecim, et pro sextario alterius bladi gross.
15 decem, si forum et venditio dicti furmenti et bladi factum fuerit ante festum sancti Viti, et pro quolibet medrio olei gross. quindecim tantum, si venditio et forum ipsius olei factum fuerit ante festum sancti Michaelis, et pro quolibet modio
20 salis sold. duos gross. tantum, si forum et venditio dicti salis factum esset ante primam diem mensis aprilis, non obstantibus aliquo precio facto vel condicione inter contrahentes factis, contentis tam in instrumentis preceptis vel aliis scripturis quam sine. ¶ Insuper volumus quod de renovo quarumlibet
25 mercationum et cuiuslibet mercati inter cives vel habitatores Tergesti de mobilibus tantum fraudulenter et dolose contractorum sit in libertate domini de fatiando fieri solutionem emptori sive creditori per debitorem vel venditorem.

Cap. XXXIII. Rubrica de consuetudinibus.

30 R. c. a. // 214 B

Statuimus et ordinamus quod de cetero sapientes de consuetudinibus vacent et nulla consuetudo probari possit per sapientes consuetudinum vel per aliam personam sive

¹⁾ sextaria.